

imposito alio edificio in centum et viginti cubitorum altitudinem esse sublatum, non esset difficilis ratio, cur domo Dei illius porticus tam esset excitata sublimior; sed, ut alibi sæpe, infantilem hoc loco errorem admittit Josephus. Ego sic existimo, sicut in magnorum principum aulis, sacrisque basilicis excitari solent altissimæ turres, quæ non solum illis ornamento sunt, sed etiam munimento, sic etiam in domo illa augustissima, et omnium, sine controversiâ, maximâ, aliquid eminentissimum esse oportuit quod loci illius magnitudinem ostenderet. Neque ulla pars videbatur ad illum finem esse commodior quàm quæ adjuncta erat domui Dei, maximoque sacrario, et illud à reliquis templi edificiis secerneret. Hæc mea cogitatio est, alii alias rationes, aut inveniunt, aut fingunt, melius fortassè; sed hæc mihi non admodum videtur abs re. Neque videtur in hoc opere tantæ molis, atque artis, illud fuisse omittendum ornamentum, quod aliis locis alii, neque adeo artis architectonicæ periti, neque ideò lauti, atque potentes addidère.

VERS. 4. — FECITQUE IN TEMPO FENESTRAS OBLIQUAS (1). Licet ædificium totum, quod Sancta et Sancta sanctorum amplectitur, templum appelletur, aut domus Dei, tamen pars prior, quæ Sancta dicitur, et in quam ingrediuntur quotidie sacerdotes ad varia ministeria, templum dicitur aut domus; alia verò interior, ubi servatur arca, et in quam sacerdoti summo patet ingressus, idque semel in anno, Agyta vocatur et Oraculum, quia inaccessus est locus, et inde Deus ad interrogata respondet. Ad hanc igitur exteriorem partem templi, dicuntur additæ fenestræ, obliquæ tamen, ne quis ex adjuncto edificio inspectare posset quod intus fieret, et locus ille, alioqui futurus tenebrosus, solari luce non careret. Illæ autem fenestræ in eo erant domus spatio, quod secundo aut tertio tabulato responderet, et hoc posterius mihi verius. Agemus autem de his eo tempore commodius, cum ventum fue-

(1) Allegor. hæ fenestræ obliquæ repræsentant sanctos doctores, per quos Deus fideles docet et illuminat, qui, ut ait Angelomus, «dum ea quæ in occulto vident publicè fidelibus pandunt: quasi suscepto lumine solis fenestræ, juncta templi penetralia replent. Unde benè eadem fenestræ obliquæ, id est, intus latiores, fuisse perhibentur, quia nimirum necesse est, ut, quisquis jubar supernæ contemplationis vel ad momentum perceperit, mox sinum cordis amplius castigando dilatet, atque ad majora capessenda solerti exercitatione se præparet.» (Corn. à Lap.)

rit ad tria tabulata, de quibus mox. Fuerunt itaque fenestræ, quæ tantum spectarent ad exteriorem domus partem, ubi candelabrum erat et mensa; nam interiorem aliam, quam oraculum appellari diximus, spectare non licebat, adeo saltem familiariter. Ubi Vulgatus obliqua, Hebr. est, *atumoth*, quod clausum aliquid sonat. Id verò multis modis potest contingere, nimirum cum eo fiunt artificio, ne totæ pateant fenestræ, aut lucem rectâ ad interiora non transmittant. Posterioris modi sunt obliquæ, quæ transversum recipiunt, et effundunt lumen; Hispani, opinor, *saeteras*, vocant; prioris, quæ extrinsecus sunt angustæ, magis verò à parte interiore latæ, aut contra, aut quæ interrasili saxo, aut ligno fiunt, aut reticulis, sive cancellis implicantur; illas *clabolas*, has *gelostas* vocat Hispanus. Septuaginta sic reddunt *διδυμοπέρας*, id est, *cancellatas*, seu *reticulatas*, et *ocultas*. Symmachus *τοξωτάς* convertit, quas nos *sagittarias* diceremus, quomodo Hispani ad horum similitudinem *saeteras* vocant. De his fenestris obliquis egimus super Ezechielem ad c. 40: *Et fenestras obliquas in thalamis.*

VERS. 5. — ET ÆDIFICAVIT SUPER PARIETEM TEMPLI TABULATI PER GYRUM IN PARIETIBUS DOMUS PER CIRCUITUM TEMPLI ET ORACULI, ET FECIT LATERA IN CIRCUITU. Opus hoc non tam pertinet ad templum et oraculum, quàm ad illorum ornamentum atque custodiam, quia illud sic ad omne latus ambit et munit, ut tamen non attingat; atque ideò Ezechielis cap. 40, sæpius appellatur *ædificium separatum*, et v. 6, cum sermo esset de hoc sive separato, sive laterali edificio, dicitur: *In lateribus per circuitum, ut continerent, et non attingerent parietem templi.* De hoc triplici tabulato, seu edificio separato egi latius in cap. 41 Ezechielis, atque adeo hic de illo pluribus non agam, quàm quod locus ipse à nobis exegerit; exiget autem, ut opinor, non admodum multa. Vellem quidem exegisset nihil, ut me ab hæc implexâ atque molestâ disputatione citius expedirem.

Et primum observo illud, *super*, non significare, quod apud Latinos frequenter, sed esse idem aliquando, quod *juxta*, quod Hebræis perquam familiare est. Ex multis pauca hæc exempla accipe. Exod. 16: *Quando sedebamus super ollas carnum.* Num. cap. 20: *Locutus est super Jordanem et Jericho.* Psal. 25: *Fundavit terram super aquas.* Psal. 136: *Super flumina Babylonis, ibi sedimus.* His locis non dubito, quin *super* non valeat, quod propriè communiter-

que significat, sed idem, quod *propè ac juxta*; neque terra super aquas est, sed juxta, quas littoribus claudit; neque super flumina sedebant Israelitæ captivi, sed ad fluminum ripas, propè aquas.

TABULATA PER GYRUM. Ædificium illud separatum apud Ezechielem appellatur latus. Hebr. *selagh*, quæ vox latus significat et costam, quæ molem hominis compingit et sustinet. Quod nomen apertè significat illius triplicis tabulati situm et officium: est enim ad latus templi, sicut costæ sunt ad latus animalis, quæ illius nobilissimam partem, id est, cor, circumdant et muniunt. Per gyrum autem circumvallant domum totam, nisi quia ab orientali plagâ munitur à porticu. Cur apud Ezechielem hoc ædificium centum cubitos habere dicatur in longitudinem, diximus in nostris Commentariis ad illum Ezechielis locum.

VERS. 6. — TABULATUM, QUOD SUBTER ERAT, QUINQUE CUBITOS HABEBAT LATITUDINIS, ET MEDIUM TABULATUM SEX CUBITORUM LATITUDINIS, ET TERTIUM TABULATUM SEPTEM HABENS CUBITOS LATITUDINIS (1). Cur hæc contignationes, seu tabulationes eandem latitudinem habuerint, diximus ad locum Ezechielis citatum, ubi etiam hæc latera, seu costæ domus Domini in sede minus sunt latæ, et quò magis atfluntur, magis etiam suam latitudinem laxant. Hæc porrò videtur esse ratio, quam antequàm explicò, observo illud ædificium habere tres cubiculorum ordines eâ ratione dispositos, ut ab imo per cochleam ascendatur ad medium, et ab eo per cochleam ad tertium et summum. Observo secundò, sicut in templi latitudine, seu longitudine, tantum consideramus spatium illud vacuum, quod parietes definiunt et cohibent, neque de murorum crassitie quidquam assumitur ad latitudinis mensuram et modum, sic etiam in hoc edificio separato, et in tabulatis quæ triplici cubitorum ordine in singulis sive costis, sive pilis, quæ in eo muri ambitu ad turrium similitudinem instruuntur, ut diximus supra, ad Ezechielis citatum locum, tantum latitudinis mensura sumitur ex spatio vacuo, quod in cubiculis singulis relictum est. Ex illis autem cubiculis non exiguam partem sibi vindicat cochlea, per quam ab inferioribus ad superiora paratur ascensus. Quare infimum cubi-

(1) Tropol. tres cellarum ordines sive tria earum tabulata, notant tres status et gradus fidelium in Ecclesiâ, scilicet imum conjugatorum; medium sive secundum continentium, tertium et summum virginum. Ita Beda, Rupert. et alii. (Corn. à Lap.)

culum, seu tabulatum, duobus est cubitis angustius supremo, cum hoc septem, illud autem quinque cubitorum latitudinem contineat, quia supremum nullam habet cochleam, quia ex eo nullus est ad alterum tabulatum accessus. Medium verò sex habet cubitos, quia cochleam habet, quæ caret tertium, neque ita latam quàm habet primum, eâ, opinor, de causâ, quia ex infimo ad duo cubicula, ex medio tantum ad unum ascenditur cubiculum, atque ideò tam lata non debuit esse cochlea, quia paucioribus servit. Quomodo ex infimo cubiculo ad alia per cochleam ascendatur, habes statim v. 8. Alii alias rationes inveniunt, et, ut opinor, meliores, sed fortassè, quemadmodum ego, ipsi quoque divinant.

TRABES AUTEM POSUIT IN DOMO PER CIRCUITUM FORINSECUS, UT NON HERERET MURIS TEMPLI. Quas hic appellat trabes sacer historicus, Ezechielis c. 41, v. 6, *eminentiæ* dicuntur, quia ex templi muro prominent instar dentium, quæ Dei domum cum edificio separato conjungunt. Cum enim paulò altius attollerentur illa sive latera, sive costæ aut pilæ, eminentiæ aut trabes, quæ insertæ aut instratæ erant templi parieti, sic illa extrinseca tabulata amplectebantur, ut tangi ab illis parietem non sinerent, et tamen ab iisdem illo continerentur, firmenturque complexu.

In his lateribus, sive costis, quæ instar obtinent turrium, cubicula fuerunt, quæ Ezechielis sæpe citato loco gazophilacia dicuntur. In his servabantur pro variis templi ministeriis instrumenta varia, ut vestes et vasa, et si quid aliud exigat sacrificialis opera. In quibus etiam videbantur excubasse sacerdotes qui custodirent templum, et eâ fortassè de causâ sunt obliquæ, seu cancellatæ fenestræ, ut è superiori loco viderent non reserato templo, an esset ad religiosum aliquod opus, aut aliquem inopinatum eventum sacerdotum necessaria opera. Sanè olim ante templi fabricam in tabernaculo dormisse, qui custodirent illud, docet Samuel, qui sub Heli lib. 1 Regum in templo dormisse dicitur, qui si nactus esset hoc separatum domicilium, in aliquo illius gazophilacio tam ipse dormiret quàm Heli sacerdos, quorum alter somnum captavit in tabernaculo, alter, si extra, certè in loco tabernaculo vicino atque conjuncto, quando toties Samuel, cum tamen è tabernaculo non efferret pedem, ad senem advolvit.

VERS. 7. — DOMUS AUTEM, CUM ÆDIFICARETUR, DE LAPIDIBUS DOLATIS, ATQUE PERFECTIS ÆDIFI-

CATA EST: ET MALLEUS, ET SECURIS, ET OMNE FERRAMENTUM NON SUNT AUDITA (1). Multa hic dicuntur à multis quæ non tam facile sibi persuadent viri qui hæc paulò explorant accura-

(1) Tabellas hic suas struunt Rabbinii. Salomon, si illos audias, nullo sive malleo sive ferro ad aptandos in ædificium templi lapides usus est; sed pro cunctis hisce valuit vermiculus vel lapis *Schamir*, quo et cæsi sunt lapides, et secti et dolati, arte facili, et sine strepitu ac tumultu. De origine huius sive vermiculi, sive lapidis, inter sese dissident. Allatum ad Salomonem ab Asmodæo dæmone inferorum principe censent quidam; narrant alii, Salomonem in vitro clausisse pullos upupæ, sed carcerem hunc, lapide *Schamir* quæsito, avem matrem confregisse, pullosque liberasse. Alii denique missam à Salomone in Paradisum terrestrem aquilam comminiscuntur, ut quæsitum ibi vermiculum deferret. Delatum rex curavit sollicitè, positusque intra plumbum diutissimè servatus est, donec direpto à Chaldæis templo, vermis periit. De celebri hoc vermiculo R. Maimonides integro volumine disseruit, meminitque ejus pariter Vincentius Bellovacensis. Apocrypham aliam producit narrationem Theodoretus, docens, lapides paratos dolatosque ad propositum obtulisse lapidinas, ut expoliendi tantum atque detergendi essent. (Calmet.)

Anagog. templum hic representat cælum, ubi nulla erit passio vel afflictio, quia, ut ait Eucher. et Angelom., hic tundimur adversitatibus, et disciplinâ veritatis exercemur, ut illic locis juxta meritum congruis disponamur, et castigatione cessante solo amoris glutino quo ad invicem copulemur, uno impleti spiritu perfundamur. Hic enim foris tundimur, ut illic sine reprehensione inveniamur. Hic malleus, hic securis, hic omnia tusionum resonant ferramenta; in domo autem Dei nulli ictus audiuntur, quia in æternâ patriâ omnes jam percussionum strepitus conticescunt. Hoc est quod canit Ecclesia in Dedicatione Ecclesiæ: *Tusionibus, pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis, per manus artificis disponuntur, permansuri sacris ædificiis.* (Corn. à Lap.)

Addit Josephus, in fine lib. 15, *toto tempore quo templum struebatur, nunquam interdium pluisse, noctu tantum imbris descendentibus, ne interromperetur ædificatio, licet Josephus ibi propriè loquatur de templo Herodis.*

Hebræi decem mira et quasi miracula templi recensent, penès quos sit fides. Primum, nunquam abortivit mulier propter carnis nidorem in sanctuario. Secundum, nunquam fœtuit caro sanctuarii. Tertium, neque concepta fuit musca in domo mactationis. Quartum, non accidit casus nocturnus sacerdoti magno in die expiationis. Quintum, non extinxerunt pluvie ignem qui erat in strue lignorum. Sextum, non vicit ventus columnam fumi. Septimum, non repertum ullum vitium in Gomer, nec in duobus panibus, nec in panibus facierum. Octavum, stabant coarctati et adorabant dilatati. Nonum, nunquam læsit aliquem serpens et scorpio in Jerusalem. Decimum, nec dixit homo socio suo: Angustior

tius, quàm affirmantur ab aliis. Theodoretus, quæst. 21, dicit sic huic fabricæ à Deo maturè fuisse provisum, ut ultrò occurrerent dolati lapides, aut sic apti ad concinnam fabricam

« mihi est locus quàm ut possim pernoctare Hierosolymis. » (Corn. à Lap.)

La maison fut bâtie de pierres qui étaient déjà toutes taillées et achevées de polir. On a peine à concevoir la raison pour laquelle Salomon ne voulut point que l'on entendit le bruit du marteau ni d'aucun autre instrument, lorsqu'on bâtissait le temple. Un savant homme (Estius) témoigne que l'Écriture a voulu marquer par là la sagesse de ce prince et l'habileté de ses ouvriers, qui avaient soin de préparer tous les matériaux avec tant d'adresse, qu'il était facile de les poser chacun en sa place sans presque aucun bruit. On pourrait dire toutefois que le respect qu'il avait pour la majesté de Dieu, qui devait remplir ce temple, le porta peut-être dès-lors à empêcher qu'on y entendit ce grand bruit qu'y aurait fait nécessairement une grande multitude d'ouvriers, si Salomon, par sa sagesse, n'y eût prévu, en faisant tailler toutes les pierres et tous les bois avec une si parfaite justesse, que tout se joignait ensemble sans aucune peine. Et cette circonstance si remarquable nous représentait admirablement, selon la pensée du même théologien, ce qui se passe dans la construction toute spirituelle du temple de Jésus-Christ, qui est l'Église. Car le temps, dit-il, de la vie présente est celui du bruit, lorsque les élus et ceux qui, comme des pierres vivantes, doivent composer cet édifice, sont comme taillés à coups de marteau et perfectionnés par tous les maux et par toutes les adversités qu'ils ont à souffrir. Mais après, ajoute-t-il, qu'ils ont été préparés de cette sorte par la main de l'ouvrier tout-puissant, ils passent du tumulte de cette vie misérable au repos de l'autre vie, où, étant exempts de toutes souffrances, ils entreront dans la structure du temple céleste, où régnera éternellement une souveraine paix. C'est ce qu'il a pris de saint Grégoire-le-Grand, qui dit que les âmes des élus ne sont transportées dans l'édifice du ciel, qu'après qu'elles ont été taillées ici-bas à coups de marteau, et qu'ainsi ce monde est le lieu du bruit et des coups, mais que la maison de Dieu qui est en l'autre, est un lieu de paix et d'un repos éternel. *Ad domus cælestis ædificationem electorum animæ quasi quidam expoliti lapides deferuntur. Hic enim foris tundimur; hic omnia tusionum resonant ferramenta. In domo autem Dei in æternâ patriâ omnis jam percussionum strepitus conticescit.*

Saint Paulin a néanmoins entendu aussi cette paix de la vie présente, et il dit qu'afin que nous puissions devenir des pierres propres pour l'édifice céleste de l'Église, nous devons prier le Très-Haut qu'il daigne nous accorder une paix intérieure; en sorte que, comme on n'entendait aucun coup de marteau dans le temple de Salomon, on n'en puisse aussi entendre aucun dans celui que nous élevons au-dedans de nous. *Ut lapides in fabricam templi cælestis aptemur, oremus Altissimum eam pacem ædificationis nostræ, ut malleus et securis non audiat in eâ. Car c'est ainsi, ajoute ce Père,*

prodirent à suâ naturali sede, ut nullam cæmentariam, seu fabrilem operam, aut instrumenta requirerent. Quare sicut effodiebantur à terrâ illaboratâ, atque adèò intactâ, in suis quæque sedibus locabantur. Theodoretum, sicut sæpè, sic etiam hoc loco sequitur Procopius, cujus opinionem satis confutat novum hoc esse, et sine ullâ necessitate aut Scripturæ fundamento miraculum. Alii nescio quid somniarunt de cujusdam vermiculi, tam acri atque efficaci sanguine, ut saxa dividat, et variè applicatus à latomo varias inducat, sine ullo malleorum strepitu aut saxorum crepitu, figuras. Sic putant quidam ex Hebræis, quibus facilius est fingere, maximè quod vident admirabile, quàm probare quod fingunt. Neque est, cur in hac cogitatione confutandâ operam perdam, cum ipsa suâ se improbabilitate et inutilitate jugulet. Alii serratos esse dicunt lapides, non securi ac celte, aut scalpro politos, atque idèò ab hac constructione alia instrumenta omnia, unâ exceptâ serrâ, fuisse sublata; alii dolatos putant, et aliis instrumentis sectos atque quadratos lapides pro separato ædificio, quod propriè, ut diximus, templum non est, sed templi extraria quædam appendix; at pro lapidibus templi secandis atque poliendis nullum fuisse adhibitum fabrile ferramentum. Sed istæ meræ nugæ sunt, quæ suam sibi utilitatem ostendunt, et multa contorquent quæ non obscurè ipse sacer textus ostendit.

Quare dicendum est quod censuerunt frequenter alii, idèò cum ædificaretur domus, nullum auditum esse ferramentorum sonitum, aut saxorum crepitem, quia non in templo, aut aræ, ubi sacra illa moles excitata est, secti fuerunt, aut quadrati lapides, aut aliâ

que nous serons perfectionnés et rendus dignes de devenir une maison de prière et une maison de paix, si nulle pensée charnelle et nul tumulte du côté du siècle ne vient troubler le repos de notre cœur. L'inquiétude touchant le vivre et le vêtement est à notre âme comme des coups de marteau. La cupidité et le désir de toutes les choses temporelles sont dans nous comme le bruit de la cognée et des autres instruments de fer. Mais parce que le Seigneur est tout-puissant pour briser Satan sous nos pieds, nous avons lieu d'espérer de voir accomplir en nous, par la vertu de sa grâce, cette ancienne prophétie, que le marteau de toute la terre a été brisé. *Malleus nobis cura victis et vestitis; securis et ferrum nobis cupiditas temporalium. Sed potens est Dominus conterere Satanam sub pedibus nostris, ut impleatur et illa pro nobis prophætia: Contritus est malleus universæ terræ.* (Sacy.)

quævis exculpi cælaturâ, sed in monte in eâ ipsâ lapidum secturâ. Quod fieri non difficile potuit, imò et factum sæpè fuisse audio in magnorum operum substructionibus. Quid enim obstat quominus saxa procul ab ædificio accipere possint formam et modum, quem sedes ipsis in opere toto destinatæ desiderant? Accedit deinde alia non exigua commoditas; nam quantum de lapide sculpendo detrahitur, tantum de pondere difficultateque vecturæ decedit.

VERS. 8.—OSTIUM LATERIS MEDII IN PARTE ERAT DOMUS DEXTRÆ (1). Multa diximus esse latera in opere separato, quæ costas etiam appellari diximus, quæ quasi pilæ quædam, seu turres erant ad templi firmitatem. In eo latere, quod medium erat inter omnia, quodque mediam etiam domus partem spectabat, à latere dextro erat ostium, ut opinor, familiare tantum sacerdotibus, per quod subducerent, introducerentque quæ tanti loci legitimus cultus postularet. Multa enim videbantur per orientalem portam et porticum, de quâ supra pluribus, exportari, quales sunt cineres ex altari thymiamatis, aut lampades, cum essent concinnandæ aut mundandæ, ad quam rem magnos potuit usus præstare cæcum illud ostium, quod neque procul erat ab altari et mensâ, neque notum erat laicæ atque profanæ turbæ. Ex eo autem ostio oriebatur cochlea, per quam ex medio cubiculo ascendebatur ad tertium, in illo videlicet latere, seu costâ, quæ propior erat ostio (nam aliæ etiam costæ, seu latera propriam habuere cochleam, per quam pervius erat usus in illis cubiculis, seu gazophylaciis, quæ in singulis esse costis superius dicebamus), ex quo constat extrinsecus cæcum esse medium illud ostium, quia media illa cochlea (id est, occulta scala, quæ templi ostium, et templum ipsum cum costâ conjungebat), ab ipso templi ostio nascebatur.

Ille porrò dicendi modus, *domus dextra*, pro dextrâ parte domus, usitatissimus est apud Latinos, qui sic, v. g., loquuntur: *Mons summus, sylvestris, medius compascuus, infimus irriguus*, id est, *summa pars montis*, etc.

(1) ET PER COCHLEAM ASCENDEBANT IN MEDIUM COENACULUM, etc. Tropol. cochlea ascendens in gyrum significat non nisi per tortuosam laborum et dolorum viam ad perfectionem virtutis, et ad gloriam beatorum in cælum conscendi. Ita Eucher. et Angelom., cujus rei appositum extat visum in Vita S. Perpetuæ, quæ per scalam cultris obsitam, vidit Satyrum in carcere socium suum in cælum ascendere, ac per hanc visionem accepit omen martyrii. Ita habet Vita ejus apud Surium die 7 martii. (Corn. à Lap.)

VERS. 9. — ET ÆDIFICAVIT DOMUM, ET CONSUMMAVIT EAM; TEXTIT QUOQUE DOMUM LAQUEARIIS CEDRINIS. Postquam domum consummavit constructam è pretioso quadratoque lapide, noluit ut quidquam è toto opere lapideum appareret, ut dicit statim v. 18: *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.* Quod fecit in templi parietibus, id quoque in tecto omitti non oportuit, quod domus pars est quæ venustatis plurimum et dignitatis habere solet. Imposuit ergo cubitis tectum, ex quâ materiâ non habemus ex textu, fortassè fuit opere fornicato, concameratum è lapide; sed ex quâcumque materiâ constructum fuerit, constat illud contextum fuisse cedro multis illustri laquearibus, id est, lineis, quæ præclaro artificio variis se modis et nexibus implicabant; id propriè laquearia sonant; sed patet latiùs usus vocabuli; quâcumque sculpturâ cæletur tectum, laqueare appellatur, et ex eo ornatu laqueatum dicitur textum. Sic celum, in quo non sunt ejusmodi laquei, laqueatum appellavit Manilius lib. 1:

*Hæc igitur texunt æquali sidera tractu
Ignibus in varias cælum laquearia formas.*

Quare laqueare vocabulum nullum in templi tecto indicat picturæ genus, nec sicut cælum laqueatum dicitur, quia magnus ille fornix distinctus est, et variatus astris; sic templi tectum, quod instar obtinet cæli, quâcumque cælatur splendeat et radiet, laqueatum, sive laquearibus illustratum appellari potuit.

VERS. 10. — ET ÆDIFICAVIT TABULATUM SUPER OMNEM DOMUM. Egerat hactenus de tabulatis, quæ circumdabant atque firmabant domum; nunc de alio agit majori tabulato, quod totam operit domum, et facit ne proximum ac proprium templi tectum calcari à quovis atque contemni possit. Notum est plana esse Palæstinæ tecta, in quibus multa fieri non incommodè possunt quæ in fastigiatis atque acuminatis, qualia sunt nostra, fieri neque incommodissimè possunt, qualia sunt deambulare, lectos ibi et tabernacula sternere, habere conventus atque conciones; quæ omnia, ut amoveret Salomon à templi tecto, tabulatum addidit fastigiatum, quod supra extremos templi parietes suspendit. In quo usque adeò homines deambulare non possent, ut neque pedibus in eo sine periculo consisterent. Sanè hoc tanti sacrarii religio expostulabat, ne quid indecorum ab hominum vestigio, sive ab aliquo opere profano pateretur. Non erat in ædificando, seu instaurando templo magis pius

Herodes, quàm fuit Salomon, neque et magis habuit facultatis, aut otii, ut quæ designaret animo, reipsâ completeret; at, ut auctor est Josephus lib. 6 de Bello, cap. 6, tam voluit templum esse non profanum, tam purum etiam ab eo quod ab avium naturali purgatione solet accidere, ut rationem invenerit perfecitque, nè supra templum considerent aviculæ. In summo, inquit, *templum aureis verticibus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus avibus pollueretur.* Hoc porrò tabulatum altum erat cubitis quinque, ab eâ videlicet parte quæ media est et summa, à quâ ad parietem usque structura descendit; ubi jam altitudo nulla est. Hoc porrò tabulatum ab Hispanis *camaranchon* dicitur, sive *desuan*.

ET OPERUIT DOMUM LIGNIS CEDRINIS. Sicut tectum proximè aut compegit è cedro, aut cedro vestivit, sic etiam nunc fecit in parietibus, in quibus nihil nisi cedrinum apparere voluit. (1)

VERS. 12. — DOMUS HÆC, QUAM ÆDIFICAS, SI AMBULAVERIS IN PRÆCEPTIS MEIS, etc. Cùm primum Salomon domum absolvit, et summo tabulato perfecto, summum illi fastigium imposuit; quasi Deus in illâ sibi fabricâ placeret,

(1) VERS. 11. — FACTUS EST SERMO DOMINI AD SALOMONEM. Gesta hæc credimus post dedicationem templi, eandemque hanc Domini à Salomone visi historiam referri fusiùs infra, 9, 2, etc.

Alors le Seigneur dit à Salomon: *J'ai vu cette maison que vous bâtissez; si vous gardez tous mes commandements, sans vous en détourner d'un pas, je vérifierai en votre personne la parole que j'ai dite à David, votre père, etc.* Ce fut par la bouche d'un prophète nommé Ahias Silonite, que Dieu parla de nouveau à Salomon. Mais ce qu'il lui dit ne saurait jamais être assez pesé. Car qui n'aurait cru en voyant ce jeune prince s'occuper si saintement et prodiguer tous ses trésors pour élever en l'honneur de Dieu le premier temple qui lui ait été consacré sur la terre, que Dieu devait infailliblement l'agréer, et verser toutes ses bénédictions sur celui qui le lui offrait? Cependant il déclare à Salomon qu'il ne devait agréer ce temple qu'autant qu'il travaillerait à se rendre lui-même agréable à celui en l'honneur duquel il le bâtissait. Les offrandes donc, quoique bonnes en elles-mêmes, ne peuvent plaire à Dieu, si on ne les fait saintement. Et l'on ne doit pas s'y confier de telle sorte, qu'on n'ait soin de les accompagner des circonstances que Dieu marque ici, qui sont, *de marcher dans ses préceptes, et de garder très-exactement ses commandements*, de peur que l'on ne se trompe en se laissant éblouir par l'éclat d'une bonne œuvre extérieure; qu'en offrant de l'or à Dieu, on ne lui donne pas son cœur, et qu'en bâtissant un temple à sa gloire, on ne devienne soi-même par ses crimes la demeure du temple du démon. *Dant sua Christo, seipos diabolo.* (Sacy.)

confirmat Salomoni quæ de illo priùs parenti promiserat, ita tamen si nunquam à divinorum mandatorum observantiâ recedat. Hæc obscura non sunt; ordo tamen litteræ non parùm obscurus et implexus est. Neque enim apparet quid illud, *domus mea*, in hæc clausulâ sibi velit, aut quæ sit horum verborum accommodata syntaxis, cùm partem illam suspensam videamus, neque vocem subessè ullam, à quâ regatur. Ego illum nominativum absolutè hic positum intelligo, quod esse apud Hebræos in usu aliis sæpè in locis à me dictum est. Isai. cap. 41, ad illud: *In die illâ radix Jesse*; et Zachar. cap. 7: *Numquid jejuniûm jejunâstis mihi?* Exempla sunt plurima, tu pauca hæc accipe: Isai. 41: *In die illâ radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur*, Psal. 10, v. 4: *Dominus in cælo sedes ejus*. Isai. 33, v. 24: *Populus qui habitat in eâ, auferetur ab eo iniquitas*. Cùm autem occurrit hujusmodi Hebræorum forma, nominativus ponitur in casu pronominis, si fortè succedere contingat, pronomine sublato. Quare hæc exempla sic ordino: *In illâ die radicem Jesse gentes deprecabuntur. Domini sedes in cælo. A populo auferetur iniquitas*. Ad hunc modum ego sic expono subjectum locum. Sed primum statuo illud: *In medio filiorum Israel*, positum esse pro templo, aut domo Domini, quia Deus habitare dicitur in medio Israel, quoniam speciali et præcipuo quodam modo in templo inhabitat, quod est in Israel. In hanc eandem sententiam dixit Deus Levit. 26, v. 11: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, et non abjiciet vos anima mea*. Illud ergo: *Domus mea*, ad illud refero: *In medio filiorum Israel*, et pro illo substituo in hunc sensum: *In domo hæc, quam ædificas, habitabo, et non derelinquam populum meum Israel, dummodò mandata meâ religiosè servaveris*. Itaque promittit Salomoni se in illius domo habitaturum semper, ex quo populi sequitur salus et libertas, dummodò ab ipsius præceptis non recedat.

ET ÆDIFICAVIT PARIETES DOMUS EXTRINSECUS TABULATIS CEDRINIS, A PAVIMENTO DOMUS USQUE AD SUMMITATEM PARIETUM, ET USQUE AD LAQUEARIA. Cùm domum absolvisset, lapideis parietibus à pavimento usque ad operis laqueatam testitudinem, materiam induxit cedrinam; pavementum porrò ipsum abiignâ tabulâ constravit. (1)

(1) VERS. 15. — ÆDIFICAVIT PARIETES DOMUS INTRINSECUS TABULATIS CEDRINIS. An sanctuarium eadem arte indutum esset ac reliqua, ambigitur; legitur enim in Paralipomenis instratum fuisse marmore, vel ex Hebræo, *lapide pretii*.

VERS. 16. — ÆDIFICAVIT VIGINTI CUBITORUM AD POSTERIOREM PARTEM TEMPLI TABULATA. Tota domus triginta patebat cubitis in longitudinem, ex quo quod templum dicitur, sive do-

Hoc tamen non prohibet, quin hi lapides indui potuerint asseribus nitidis, cùm et parietes, lapidibus non minoris pretii constructi, asseribus pariter vestirentur. Lapidibus fundamenti appellantur ipsi pariter lapides pretii, vel, *lapides pretiosi*; hæc autem omnia accuratè expendit Scriptura, ut magis magisque commendet magnificentiam Salomonis, qui elegantissimos lapides posuit in locis ab aspectu remotis, uti in fundamentis, et sub tabulis parietes vestientibus. Occurret inferiùs pavimentum, vel tabulatum aureis laminis obductum. (Calmet.)

Salomon couvrit le dedans du temple de lambris de cèdre, et il n'y avait rien dans le temple qui ne fût couvert d'or. C'est à dire que toutes les murailles du temple étaient revêtues d'un lambris de bois de cèdre, et que par dessus ce même lambris on attachâ des lames d'or qui le couvraient entièrement. C'était une double magnificence, et comme une espèce de profusion des richesses de ce prince, puisqu'il semblerait inutile de revêtir les murailles d'un aussi riche lambris qu'était celui d'un bois de cèdre, lorsqu'on voulait le couvrir de lames d'or. Mais on regardait dans ce bois sa qualité, qui était d'être incorruptible. Et d'ailleurs il semble qu'on peut assurer que le Saint-Esprit, envisageant dans la structure de ce temple matériel celui de l'Eglise, nous marquait une grande vérité sous cette figure. Car ce bois de cèdre, selon les saints Pères, figurait la croix du vrai Salomon, qui a cette éminente qualité, non seulement d'être incorruptible, mais même de communiquer l'incorruption et une immortalité bienheureuse à ceux qu'elle a rachetés de la mort funeste du péché. Mais il faut, comme ils le remarquent encore, que ce soit le dedans du temple, c'est-à-dire, notre cœur même, qui soit revêtu de cette croix incorruptible du Sauveur. Ce n'est point assez d'avoir au dehors l'apparence de la mortification de la croix, et ce serait une difformité monstrueuse, dans un édifice qui doit être tout couvert de la croix de Jésus-Christ, si le dedans, qui est sans comparaison le plus noble, ne portait cette marque toute divine de l'instrument du salut des hommes.

Cet or aussi, dont on couvrit le lambris au dedans du temple, nous marque, selon les saints Pères, la charité qui doit régner dans notre âme, et comme couvrir tout notre cœur aux yeux de Dieu. Cet or est posé sur le bois de cèdre, parce que la charité peut difficilement subsister sur un autre fondement que sur celui de la croix, qui ayant été l'effet de la plus grande charité d'un Dieu à l'égard des hommes, est devenue en même temps le principe d'une charité véritable dans ces hommes mêmes, puisqu'ils n'auraient jamais eu cette charité qui les rend dignes d'aimer Dieu, si Dieu ne les eût aimés le premier, et ne leur eût témoigné son amour en mourant pour eux sur la croix. Mais qu'il y en a, au contraire, qui aiment plus véritablement l'or que ce que l'or leur représente dans les saintes Ecritures!